



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

105. Rationi congruit &c. Constitutio Sanctis. D. N. Innocentii Papæ XIII.  
qua Litteræ Apostolicæ san. mem. Clementis Papæ Xi. confirmatoriæ  
diversorum Privilegiorum, ac Indultorum à Romanis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

Et præsentium literarum Executores deputat Episcopos Of-  
ficien. & Portuen. & A.C. cum facultatis necesse-  
sibus, & con-  
tuetis.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Oltien. & Portuen. Episcopis, ac dilecto filio Caufarum Curia Camera Apostolica Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Collegii Generalis fuerint requisiiti solemniter publicantes, ei- que in præmissis efficacis defensionis præsidio as- sistentes faciant auctoritate nostra illud earundem præsentium literarum commodo, & effectu pa- cifice frui, & gaudere, non permitentes illud desuper à quoquam quomodolibet indebetè mo- lestari, contradictores quoslibet, & rebellis per- sentias, censuras, & poenæ Ecclesiasticas, a- liaque opportuna juris, & facti remedia appella- tione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstan. omnibus & singulis illis, quæ d. Clemens Prædecessor voluit non obstante, ceteris que contraria quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 27. Novembris 1721. Pontificatus nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

## CONSTITUTIO

Sanctissimi D. N. Innocentii Papæ XIII. qua li- teræ Apostolicae san. mem. Clementis Papæ XI. confirmatoriae diverorum Privilegiorum, ac Indulctorum à Romanis Pontificibus Universi- tati Studii generalis, & Collegio Doctorum Urbini concessorum, nec non aliquorum Edi- torum, & Decretorum in utriusque favorem, à Ducibus, & pro tempore Legatis, & V. Legatis ejusdem Civitatis editorum, amplissime confirmantur.

## INNOCENTIUS EPISCOPUS,

## SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Civitas Urbi-  
ni Patria Cle-  
mentis XI.

Qui ibidem  
doctorali lau-  
rea decoratus  
& Collegio  
Doctorum  
adscriptus  
fuit confi-  
mavit privi-  
legia eidem  
Collegio, ac  
Universitati  
concessa.

Rationi congruit, & convenit exequitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia, ac benignitate processerunt, licet ejus superveniente obitu literæ Apostolicae desuper expedita non fuerint, debitum consequantur effectum.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, fel. rec. Clemens P. P. XI. Prædecessor noster cupiens Gi- vitati nostræ, tunc suæ, Urbini, ubi natus, & educatus fuerat, quamque nedum ortu suo, sed suis etiam eximis virtutibus plurimum illustravit, præcipuum aliud Pontificiæ sua charitatis, & beneficentia argumentum tribuere, ac potissimum ega Universitatem studii generalis ibidem Apo- stolicâ auctoritate dudum erexit, in quâ olim doctorali laurea decotatus; nec non erga Collegium I. V. Doctorum inibi pari auctoritate institutum, cui ille itidem, dum in minoribus esset gradibus, adscriptus fuerat, grati, memo- risque animi sui propensionem palam ostendere, & declarare, nonnulla privilegia, & indulta à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus etiam nostris, tunc suis, Universitati Studii ge- neralis, & Collegio Doctorum prædictis olim concessa, ac insuper nonnulla Edicta, & Decreta in utriusque favorem à Ducibus, & pro tem- pore Legatis, & V. Legatis ejusdem Civitatis Urbini edita, ut in posterum observarentur exac- tius, paulò antequam viam universæ carnis in-

gredetur, nempe Mense Martio proxime præte- rito, Apostolicâ auctoritate approbaverit, & con- firmaverit, pluraque alia ad eorumdem Univer- sitatis, & Collegii decus, ac utilitatem dispo- situm per suas literas, qua tamen ob ejus subfecutum obitum ab illo subsignari, & consueto Romana Curia more expediri minime potuerunt, teno- ris sequentis, videlicet.

§. 2. CLEMENS Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter multi- plices, atque gravissimas sollicitudines, quas pro communis universi Christiani Gregis vigilante- nostra divinâ dispositione commissi regimine, ac utilitate dies, noctesque suscipimus, illa potissimum cor nostrum vehementer pulsat, & angit, ut Populorum S. R. E. etiam in temporalibus subditorum commodis, & prospero, felicique statui paternâ charitate consulamus, ac ea præ- fertim, per quæ literarum studia foventur, Ju- ventus liberalibus disciplinis, & docterioris erudi- tur, Juris in primis utriusque prudentia, sine qua Respublica rite gubernari nequiret, addiscitur, & recta caufatum forenum cognoscenda- rum, iustitiaque administrandæ ratio custoditar; omni adhibita ope, sedulitate, & cura promo- veamus, Quo quidem paterni amoris sensu si cæteras omnes Pontificiæ Ditionis Civitates me- ritò respicimus, dignum profectò, iustumque est, ut Civitatem nostram Urbinateensem, ubi vita li- men attigimus, ac primis literarum rudimentis imbuti fuimus, quæque omni tempore totius Urbinatensis Ducatus Princeps, & Caput extitit, & plurimos tulit non tam bonarum artium, & mathematicarum præsertim disciplinarum laude, imò etiam militari gloriæ insignes, quæ Ecclesiasticarum dignitatem splendore conspicuos Vi- tors; apud quos itidem, & solidæ pietatis, orthodoxyæque Religionis cultus, ac summa in Ro- manos Pontifices, & Apostolicam Sedem obser- vantia, & studium semper enituit, propensiō quodam affectu, naturā ipsa dictante, respici- mus, ac unicè in Christo diligamus. Nec minus æquum arbitramur, & congruum, ut Universi- tatem quoque studii generalis illuc Apostolicâ au- toritate erectam, in qua Nos olim lauream do- citoralem accepimus, ac insuper Collegium I. V. Doctorum ibidem pari auctoritate institutum, unde Viri sapientiæ prodierunt doctrina tam celebres illustrisque munera ab ipsis recte ge- storum meritò commendati, cui Nos etiam adscriptos aliquando fuisse non sine voluptate me- minimus, paternâ dilectione complectamur, grataeque voluntatis nostræ, ac simul Pontificiæ lar- gitatis significationibus presequamur.

§. 3. Quocirca plurim Romanorum Ponti- ficum Prædecessorum nostrorum, qui Patrias suas insignibus, maximis beneficiis ornarunt, mor- tem, exemplum fecut, inter ipsa Pontificatus nostri primordia considerantes prædictam Patriam nostram dilectissimam ingenti quadraginta millium aureorum ære alieno, cui infelix superiorum tem- porum conditio, & publicæ necessitates caufam præbuerunt, gravari, ac ferè opprimi, & ob- publicorum proventuum tenuitate nedum omni prorsus carere spē illud unquam dissolvendi, sed etiam oneri annuorum ejus fructuum ferendo longè imparem esse; æquum proinde, munericæ nostro consentaneum duximus rationem inire, qua gravissimo huic male occurseretur, institutumque ex pecuniis à Nobis ante aliquos annos col- latis Multiplo, cuius administratio à Viris ad id à Nobis delectis summa fide, ac industria hactenùs gesta fuit, eam jam pecuniarum summam conslavimus, qua memorato æri alieno penitus ex- tingendo sat erit huncque in usum quamprimum jussu nostro, benedicente Domino, erogabitur.

Sed eo morte  
sublato lite-  
ræ Apostolice  
expediti non  
potuerunt.

Tenor litera-  
rum Clemene-  
tis XI.

Urbini Ci-  
vitas Princeps,  
& Caput Du-  
catus Urbina-  
ensis;

Insignium Vi-  
torum gloria  
omni ævo  
præluit.

Clemens XI.  
ingens Patria  
æ alienum  
dissolvit.

1721.

Metropolita-  
nam Eccle-  
siam præ-  
nibili Altari, sa-  
craque supel-  
lectili sum-  
tuosa ditavit.

Eiusdem Ec-  
clesie Cano-  
nicales pro-  
ventus auxi-  
tæ Ar-  
chiepiscopa-  
les ampliavit.  
Collegium  
extraxit.

Bibliothecam  
in Conventu  
S. Francisci  
ad publicum  
usum erexit.

Menia Ci-  
vatis repara-  
vit. Duo fixa  
loca in Rotis  
Perufis, &  
Macerata Ci-  
vibus affigna-

*S. 4.* Præterea Metropolitanam ejusdem Ci-  
vitas Urbinateam Ecclesiam, in qua sacris Ba-  
ptismi aquis abluti fuimus, magnifico, atque  
prænibili Altari æneis ornamentis, antiquis mar-  
moribus, & lapidibus versicoloribus selectissimis  
excuto, sub quo sacrum Corpus S. Crescentini  
Martyris, ipsius Civitatis Protectoris, recondi-  
tum est: sex ibidem prægrandibus candelabris  
cum Cruce, aliisque vasis argenteis elegantissime  
elaboratis: multa, & sumptuosa omnis generis  
suppellectile in usum sacri ministerii: geminis at-  
talicis stragulis magni pretii, totidemque à cele-  
brioribus ævi nostri Pictoribus delineatis, atque  
confectis tabulis decorari nostra pariter, & qui-  
dem maximâ impensâ curavimus.

*S. 5.* Exiguum insuper, nec præfata Metro-  
politanæ Ecclesiæ dignitati parem Beneficiatorum  
ili inferuentum numerum auximus, congrua-  
que dote instruximus: Canonicales proventus,  
antea admodum tenues, certa annua quingento-  
rum aureorum super fructibus, & redditibus qui-  
buscumque Monasterii Sanctæ Mariae de Claraval-  
le nullius, seu Senogallien. Dicēsis in perpetu-  
um assignatâ pensione, amplificavimus: Sacrum  
in usum Canonorum à fundamentis exelimus,  
& congruis armariis pro sacrorum suppellectili  
decenti custodiâ exornavimus: Archiepiscopales  
ædes, angustas, & collabentes refecimus, ac  
ampliavimus, Collegium itidem, in quo Nobiles  
Adolescentes tum indigenæ, tum etiam exte-  
ri, bonis artibus, honestisque moribus à doctis,  
piisque Magistris sedulo instituuntur, ferè in me-  
dullio Civitatis à fundamentis excitavimus.

*S. 6.* Publicam quoque Biolothecam in Con-  
ventu Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci  
Conventualium nuncupatum ad usum, & com-  
moditatem eorumdem Fratrum, ac Civium, &  
Incolarum quorumcumque ipsius Civitatis, nec  
non Studioforum ad præfata Universitatem stu-  
dii generalis confluentium instituimus, non mo-  
dicâ pecuniarum summâ in id opus erogatâ, præ-  
fertim in constructionem Fabricæ ejusdem Bibliothecæ,  
eamque non modò scriniis, seu forulis nu-  
ceo ligno decenter elaboratis, ac filo æro reticu-  
lato munitis, verùm etiam pluribus codicibus ad  
omnes prope scientias, & artes tum liberales,  
tum mechanicas spectantibus, sive per Nos em-  
pitis, sive è domestica nostrâ Bibliothecâ exaltatis,  
qui ultra nonnullos in antiquâ diætâ Conventus  
Bibliothecâ existentes, ac alios plures, quos bo-  
me. Alexander Fidelis, dum viveret, Episcopus  
Æsinus, ejusmodi nostra in suam æquæ, ac no-  
stram Patriam beneficæ voluntatis probè conscius,  
in suis supremis tabulis dispositioni nostræ hoc  
consilio reliquerat, in scriniis hujusmodi jam col-  
locati, & congrue dispositi reperiuntur, instrui-  
fecimus; Illisque nuper alios etiam codices, præ-  
fertim ad artem medicam pertinentes; quos quon.  
Joannes Maria Lancisi, dum vixit, Cubicularius,  
& Medicus noster secretus propenso in eam-  
dem Patriam nostram animo dictæ Bibliotheca  
legaverat, addi jussimus, quinidem etiam in po-  
sterum eamdem Bibliothecam alii codicibus, seu  
voluminibus, dum, benedicente Domino, vita  
suppetet, augere intendimus, ut exinde memo-  
rati Fratres, Cives, incola, & studiosi bona-  
rum, ac præfertim sacrarum literaturam, laudabi-  
liusque disciplinarum studiorum commodi, ac im-  
penitus vacare, uberioresque in eis progressus fa-  
cere valeant.

*S. 7.* Ad hæc præfatae Patriæ nostræ menia  
pluribus in locis collapsa, aut collabentia instau-  
ravimus, ejus insuper Civibus J. V. Doctoribus  
certum, fixumque locum inter Auditores Tribu-  
nali, que Rotæ nuncupantur, Civitatum no-  
strarum Perufis, & Macerata in perpetuum af-

gnavimus, ac non ita pridem pium Montem fru-  
mentarium cum dote septingentorum modiorum  
frumenti, qui quotannis mutuo pauperibus da-  
ri debeat, ad hoc, ut ejusmodi subfido proprii  
necessitatibus consulere possint, & agri præ-  
fertim culturam deserere non cogantur, certis  
pro rectâ illi administratione sanctis legibus  
exemus, atque fundavimus, pluribusque aliis,  
nec vulgaribus beneficiis tum eandem Patriam  
nostram, tum etiam peculiares illi Cives hac-  
tenus profecti sumus, & ad extremum usque  
vitæ nostræ spiritum, adjuvante Domino, pro-  
sequi non desinemus.

*S. 8.* Nunc vero ad Universitatem Studii ge-  
neralis, & ad Collegium J. V. Doctorum in ea-  
dem Urbinateam Civitate dudum, ut præfertur,  
erecta Apostolicæ nostræ considerationis intuitum  
convertentes, & gratum nostrum erga ipsa animi  
profiteri, testatumque facere cupientes,  
æquum in primis dicimus iis, quæ à pluribus  
Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad  
illorum decus, ornamenti, ac utilitatem pro-  
vidè, atque sapienter constituta fuerunt, Apo-  
stolicæ nostræ confirmationis robur adjicere, alia-  
que desuper statuere, atque disponere, quemadmo-  
dum in Domino conspicimus salubriter expedire.

*S. 9.* Cum itaque, sicut accepimus, fel. rec.  
Julius secundus Romanus Pontifex Prædecessor  
nostræ institutionem præfati Collegii à q. Guido  
Ubaldo Urbini Duce factum pro cognitione cau-  
sarum tam Ecclesiasticarum, quæ prophanastrum  
totius Urbinateam ditionis in secundi, & tertia  
instantiis (causis mere Ecclesiasticis dumtaxat ex-  
ceptis) benignè approbaverit, & confirmaverit,  
ac regulam in ejusmodi Caularum decisione ser-  
vandam præscriperit, pluraque alia in favorem  
ejusdem Collegii disposita per suas anno millesimo  
quingentesimo septimo xii. Kal. Martii sub  
plumbo expeditas literas, quarum tenor est, qui  
sequitur, videlicet.

*S. 10.* Julius Episcopus Servus Servorum Dei.  
Ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Reati  
Petri Sedem Divina dispositione sublimati, sin-  
gulis, quæ pro personarum Nobis, & Apostoli-  
cae Sedi devotarum pace, commodo, & tran-  
quillitate profutura fore conspicimus, Apostoli-  
cae providentiae solicitudinem libenter intendi-  
mus, & ad felicem eorum prosecutionem, &  
confirmationem, cum à Nobis petitur, opem  
& operam impendimus efficaces. Sanè exhibita  
Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Nobilis  
Viti Guidobaldi Ducis Urbitanen. & universorum  
subditorum ejus petitio continebat, quod lièt olim fel. rec. Alexander Papa VI. Prä-  
decessor noster, cupiens indemnitatibus universorum  
subditorum Ducatus Urbinate, consulere, ipsum  
Ducatum Urbinate. & Civitatem Senogallien.  
illiusque districtum ab omni jurisdictione Recto-  
ris Provinciæ Marchiæ Anconitanæ segregaverit,  
& separaverit, ac certum Collegium Doctorum,  
Rotam nuncuparam, in Romandiola instituerit;  
Ad quos omnes Causæ appellationum in quibus-  
cumque causis Ecclesiasticis, & prophanis devolu-  
verentur, ordinaverit, & quod propter tempo-  
rum conditions hujusmodi Institutio effectum  
sortita non fuerit; Nihilominus idem Dux etiam  
cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dic-  
torum Subditorum suorum providere, in Civita-  
te Urbitanen. unum Collegium tredecim Doc-  
torum instituit, & quod coram eis omnes, &  
singulæ Causæ Ecclesiasticæ, & prophanæ tra-  
tentur, & definitur, etiam ordinavit. Quare  
pro parte Ducis, & Subditorum hujusmodi, nec  
non etiam dilecti filii Nobilis Viti Francisci Ma-  
riae Urbis Praefecti Nobis fuit humiliiter suppli-  
catum, ut institutioni, & ordinationi Collegii

Ten. Buflz  
Julii II.

Dux Guido-  
baldis Col-  
legium Doc-  
torum Urbini  
instituit.

tref-

Memorat in  
primis Bullam  
Julii II. con-  
firmando  
electionis  
Collegii.

A N N O  
1721.

tresdecim in legibus, & decretis Doctorum hujusmodi Apostolica confirmationis robur adjicere, aliasque in praemissis opportunitate provide de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, qui nostrarum, & S. R. E. Subditorum commoditatibus intendimus, & quantum cum Dominino possumus, ipsos ab expensis, & oneribus relevamus, nec non prefati Ducis propositum plurimum in Domino commendantes, institutionem, & ordinacionem predictas auctoritate Apostolica tenore praesentum confirmamus, & approbamus ac quod in secundâ, & tertiatâ infinitâ omnes Causâ tam Ecclesiasticae, quam prophanae, & mixtae, ac Beneficiales (meritis Ecclesiasticis dumtaxat exceptis) Ducatus, & Dominii temporalis prefati nunc, & pro tempore existentes, tam ratione Ducatus prefati, quam aliorum ejus dominiorum quorumcumque coram dicto Collegio tresdecim Doctorum, eisdem modo, & formâ, quibus coram Rectore Provinciae Marchiae hujusmodi tractantur, tractentur, & finiantur. Ita tamen, quod Causæ prefatae non possint expediri, nec terminari, nisi de voto, & consensu majoris partis Doctorum dicti Collegii, & alias sententia lata non teneant, quæ vota secreta, & sigillatim prefari debant, quodque etiam continget aliquem, seu aliquos ex Doctoribus dicti Collegii exinde se absentare, quod per tunc praefentes factum, & terminatum fuerit, perinde valeat, ac si omnes interfuerint, dummodo ab entes ultra dimidium partem non existant, ac etiam quod causa appellationum quorumcumque per subditos prefati Ducis à quibuscumque sententiis pro tempore interpositis ad ipsum Collegium interposuit sint, & esse censeantur, nisi forsan à sententiis ipsius Collegii appellatum fuerit, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari valeat, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, ipsosque subditos, nec non Ducatum, & Statutum Urbinate, ac etiam Statutum, & Civitatem Senogallien ab omni jurisdictione, & superioritate Rectoris dictæ Provinciae Marchiae, nec non Bononiensi, & Perusinâ Legatioibus prorsus eximus, & segregamus, ac liberamus. Et insuper eidem Collegio, ut in Causis hujusmodi decidendis, & finiendis eisdem prerogativa, indultis, & ordinationibus utatur, potiatur, & gaudeat, quibus dictus Rector prefatae provinciae utitur, & uti consuevit, prefatae auctoritate concedimus; Statuta quoque, & ordinationes per dictum Collegium in causis decidendis, & terminandis edita, dummodo sunt licita, & honesta, & sacris Canonibus non obviantia, dictâ auctoritate confirmamus, & approbamus, ipsique Collegio nova statuta, quatenus sint licita, & honesta, condendi, eadem auctoritate licentiam elargimur, & facultatem, non obstantibus Apostolicis, nec non dictâ Provinciae specialibus & generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam de illis, eorumque rotis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, sed de verbo ad verbum mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum tenores praefatis pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, quodque Collegium hujusmodi nondum ad numerum tresdecim Doctorum devenire est, ceterisque contrariae quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrâ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare

præsumperit, indigationem Omnipotens Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominica millesimo quingentesimo septimo, xii. Kal. Martii Pontificatus Nostrâ Anno v.

§. 11. Ac subinde rec. me. Pius Papa IV. etiam Praedecessor noster, postquam Urbinate. Ecclesiam in Metropolitanam exeret cum Archiepiscopali Dignitate, & omnimoda jurisdictione, ac superioritate, nec non illi Callien., Senogallien., Pisaren., Forosemprenion., Feretran., & Eugubin., Civitates, & Dioceses (quibus postmodum fel. itidem rec. Urbanus VIII. etiam Praedecessor noster Urbanius, & S. Angeli in Vado Civitates, & Dioceses adjectit) cum earum districtibus, & Territoris, ac Praefules pro tempore existentes pro Suffraganeis Episcopis, nec non Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diocesum eundem perpetuo concesserat, & assignaverat, cum orta fuisset contentio inter bo: me: Felicem tunc Archiepiscopum Urbinate, & bo: pariter me: Julianum S. Petri ad Vincula, dum vivet, S. R. E. Cardinalem de Urbino nuncupatum, cui regressus ad distam Ecclesiam Urbinate, per ipsius Felicis Archiepiscopi decepsum, ac in certis aliis runc expressis eventibus auctoritate apostolica concessus fuerat, ex una; nec non Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex alterâ partibus, super jurisdictione, seu administratione justitia in omnes Praefules, Clerum, & Populum Civitatum praedicatorum, quan Felix Archiepiscopus, & Julius Cardinalis memorati praetextu erectionis hujusmodi ad se spectare, Collegium vero vigore literarum Juli Praedecessoris sibi concessum fuisse, & quia in dictâ creatione de Privilio, ac Indulto ipsi Collegio, ut præmititur, concilis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiscopo Urbinate, competere, nec illius jurisdictionem ad Causas appellationum interponendarum à sententiis latis per Ordinarios in Foro Ecclesiastico, cum jurisdictione ipsa eidem Collegio prius concessa fuisse, le extendere posse assertebant, ac ad tollenda plurima scandala, qua ex ejusmodi contentione facile ori poterant, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus prefati, nec non dictum Collegium medio, ac operi dicti Guidobaldi tunc Ducis Urbini devenissent ad quamdam concordiam, seu transactionem, cuius vigore convenit, stabilitumque fuit, quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiscopo Urbinate pro tempore existenti in cognoscendis, & decidendis primis appellationibus suorum Suffraganeorum venientibus a foro Ecclesiastico, ut supra, & secundas appellations, se tertias illarum instantias sibi reservarent, quodque omnes, qui appellarunt à sententiis prefati Archiepiscopi, seu ejus Vicarii inter illus Diocesanos videlicet in primâ, vel inter Suffraganeos, aut cum Fisco sua Ecclesia, vel aliorum Suffraganeorum in secundâ instantia lati, ut supra, intellegentur appellasse ad ipsum Collegium Privilegiis, & indultis Apostolicis tam Archiepiscopo, quam Collegio hujusmodi, ut praefertur, concessis quoad reliqua omnia salvis prorsus, ac illæsis; memoratus Pius Praedecessor hujusmodi concordiam, seu transactionem amplissime approbaverit, & confirmaverit per suas anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, xiii. Kal. Martii sub plumbo expeditas literas tenoris sequentis, videlicet:

§. 12. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex solita Apostolica Sedis providentia ea, que pro bono pacis, & concordie inter Personas quaslibet, ac præsertim Cardinalatus, & Pontificali Dignitate

A N N O.  
1721.

Pius IV. Ecclesiam Urbinate, in Metropolitanam erexit, cui Callien., Senogallien. Pisaren. Forosemprenion. Feretran. & Eugubin. subiicit.

Urbanus VIII. Urbinate. & S. Angeli Civitatis addidit.

Controversia memoratur exorta inter Archiepiscopum, & Collegium.

Sopita per amicabilem concordiam quam idem Pius IV. confirmavit.

Tenor Bullæ  
Pii IV.

ANNO.  
1721.

prædictas concordiæ terminata fuisse dicuntur, ne in recidiva contentionsis scrupulum dilabantur, quæque in iustitia præsidentium favorem, commoda, & decus per Prædecessores nostros Romanos Pontifices concessi fuisedicuntur, ut majoris roboris firmitatem obtineant, & perpetuū illibata persistant, libenter, cum à Nobis periculū, Apostolico munimine roboramus, ac desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Collegii tredicim Doctorum nuncupati Urbinat. exhibita petitio continebat, ac Dilectus Filius Julius S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis de Urbino nuncupatus, ac venerabilis Frater Felix modernus Archiepiscopus Urbinat, & Magister Domus, nec non Prælatus Domesticus noster exposuerunt, quod alias fel. rec. Julio Papæ II. Prædecessori Nostro pro parte Guidobaldi tunc Urbini Ducus, ac universorum ejus Subditorum exposito, quod licet antea pia me. Alexander Papæ VI. etiam Prædecessor noster, tunc suus, cupiens indemnitati universorum Subitorum Ducatus Urbinat, consulere, ipsum Ducatum Urbinat, ac Civitatem Senogallien., illiusque districtum ab omni iurisdictione Rektoris Provinciae Marchie Anconitanæ segregavisset, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuncupatum, in Romandiola instituerat, quodque omnes Causæ appellationum in quibuscumque causis Ecclesiasticis, & profanis devolerentur ad illud, ordinasset, & quod propter temporum conditionem institutio hujusmodi suum fortita effectum non fuisset; nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatis, & communitatis dicatorum suorum Subitorum provide re, in Civitate Urbini unum Collegium tredicim Doctorum instituerat & quod coram eis omnes, & singulæ Cause Ecclesiasticæ, & profanæ tractarentur, ac definirentur, etiam orationaverat, præfatus Julius Prædecessor, Ducus, ac Subditorum hujusmodi, nec non etiam bon. mem. Francisci Mariae tunc Almæ Urbis præfati supplicationibus inclinatus, institutionem ac ordinacionem hujusmodi autoritate Apostolica per suas literas confirmavit, & approbavit, quodque in secundâ, & tertâ instaurâ omnes Causæ tam Ecclesiasticæ, quam profanæ, & mixtæ, & Beneficiales (merè Ecclesiasticis dumtaxat exceptis) Ducatus, & Domini prælatorum tunc, & pro tempore existentes Ducus, & subditorum suorum hujusmodi, tunc, & pro tempore existentium tam ratione dicti Ducatus, quam aliorum ejusdem Dominiorum quorumcumque, coram dicto Collegio tredicim Doctorum, ac eisdem modo, & formâ, quibus coram Rectori dictæ Provincia tractabantur, tractarentur, & finirentur, ita tamen, quod causa ipsæ non possent expediti, nec terminari, nisi de voto, & consensu majoris partis Doctorum Collegii hujusmodi, alias sententia latæ non tenerent, qua vota signillatim, & secretè praestari deberent; quodque, etiamsi contingenter aliquem, seu aliquos ex Doctoribus præfati Collegii ab eo se absentare, id quod per tunc presentes factum, ac determinatum fore perinde valeret, at si omnes interfuerint, dummodo absentes ultra dimidiam partem non existerent; ac etiam quod Causæ appellationum per Subditos præfati Ducus à quibuscumque sententiæ pro tempore interpositarum ad ipsum Collegium interpositæ essent, & censerentur, nisi forsan à sententiis ipsius Collegii appellatum foret, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari posset, dictâ authoritate statuit, & ordinavit, ipsosque, Subditos, nec non Ducatum, & Statum Urbinat., ac dictam Civitatem, & etiam Statum Senogallien. ab omni iurisdictione, & superioritate Rektoris

dicitur Provinciae Marchie, nec non Bononiensem, & Perusin. Legationibus prorsus exemit, & segregavit, ac liberavit. Et insuper eidem Collegio, quod in Causis hujusmodi decidendis, & fiendis eisdem Prærogativis, Indultis, ac ordinationibus ueretur, potitur, & gaudet, quibus præfatus Rector Provinciae hujusmodi utebitur, ac uti consueverat, præfata authoritate confessit; Statuta quoque, & Ordinationes per dictum Collegium in causis hujusmodi decidendis, & terminandis edita, eadem authoritate approbavit, & confirmavit; nec non ipsi Collegio nova statuta condendi licentiam, & facultatem elargitus fuit, prout in ipsius Julii Prædecessoris litteris super confessis plenius dicitur continetur; Et deinde, sicut eadem expositio Nobis facta subiungebat, postquam Nos dudum ex certis rationalibus causis Ecclesiam Urbinat., cui etiam tunc præfatus Felix tunc Episcopus Urbinat præterat, in Metropolitanam Ecclesiam cum Archiepiscopali Dignitate, ac omnimodâ iurisdictione, & superioritate per alias nostras literas perpetuo exeremus, nec non illi Callien., Senogallien., Pisauren., Forosemprenion., Fererian., & Eugubin. Civitates, & Dioeceses in Ducatu, & Dominio præfatis consistentes cum illarum districtibus, Territoris, ac Præfules pro tempore existentes pro suffraganeis Episcopis, nec non Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Dioecesum earundem etiam perpetuū conceferamus, & assignaveramus, ipsosque Præfules, Clerum, & Populum, quod omnia Metropolitica, & Archiepiscopalia superioritatem, iurisdictionem, ac jura pro tempore existenti Archiepiscopo Urbinat. subjectos fore, & tamquam membra Capiti obsequentes, per eos de Archiepiscopali bus juribus responderi volueramus, prout in eisdem literis nostris etiam latius continetur: Orta contentione, & controversia inter Felicem Archiepiscopum, & Collegium Urbinat., nec non etiam Julianum Cardinalem præfatos, cui regressus ad dictam Ecclesiam Urbinat. per ipsius Felicis Archiepiscopi decepsum, ac forsan in certos altos tunc expressos eventus, autoritate prædictâ concessus exitit, super iurisdictionem, seu administrationem iustitiae in omnes Præfules, Clerum, & populum Civitatum hujusmodi, quam Archiepiscopus, & Julius Cardinalis prætextu erectionis ad se spectare; Collegium vero vigore literarum Julii Prædecessoris hujusmodi fibi concessum fuisset; Et quia in dictâ creatione de Privilegiis, & indultis ipsi Collegio, ut præmittitur, concessis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiscopo Urbinat. præfato competere, nec iurisdictionem præfati Archiepiscopi ad causas appellationum interponere, per Suffraganeos illius à sententiis lati per Ordinarios in Foro Ecclesiastico, cum iurisdictione ipsa eidem Collegio concessa prius extitisset, se extendere ostendi posse afferbant. Cumque ex hac contentione scandalum plurima oriri posse dubitarent, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus præfati volentes, ut bonos decet Præfules, fomenta dissensionum, & scandalorum, quam inter ipsos, & Collegium hujusmodi occasione Jurisdictionis præfata de facilis suscitari possent, propter concursum, & studium præveniendi, in totum tollere, & extirpare tam eorum propriis, quam Successorum suorum Archiepiscoporum Urbinat. nominibus infra scriptam cum dicto Collegio inierunt concordiam, & conventionem, medio, & opera Dilecti Filii Nobilis Viri Guidobaldi moderni Ducus Urbini, videlicet: Quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiscopo Urbinat. pro tempore existenti in cognoscendis, & decidendis primis appellationibus suorum Suffraganeorum

ANNO  
1721.

Et ereditatem à sua Sarciitate factam Ecclesiam Urbinat. in Metropolitanam.

Memorata controvèrsia inter Archiepiscopum, & Collegium exortata, quod cognitionem cauatur.

Et concordiam inter eos stabilitam,

ANNO  
1721.

venientibus à Foro Ecclesiastico, ut, supra, & secundas appellationes, seu tertias illarum instantias sibi refervarent; quodque omnes, qui appellarent à sententiis præfati Archiepiscopi, seu ejus Vicarii inter eūs Diocesanos, videlicet in primā, vel inter Suffraganeos, aut cum Fisco suā Ecclesia, vel aliorum Suffraganorum in secundā instantiis latis, ut supra intelligerentur appellasse ad ipsum Collegium, privilegiis, indultis, & concessionibus Apostolicis, tam Archiepiscopo, quam Collegio hujusmodi, ut præmittitur, concessis, & factis, quoad reliqua omnia salvis, & illæsis, ac in suo pleio robore permanentibus, nec non forsan alias Partes ipsæ verbo, vel in scriptis converterunt, pepigerunt, & concordarunt, ut conventione, & concordia, nec non patet hujusmodi eorum successores præfatos adstringerent, & obligarent, illa omnia supra scripta approbari, & confirmari voluerunt. Quare fuius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus, ac Collegium, necon Guidobaldus Dux præfati Nobis humiliter supplicarunt, ut conventione, & concordia, ac sine illarum præjudicio, & laesione, statutis, ordinationibus, exemptioni, segregationi, liberationi, concessioni, confirmationi Prædecessoris hujusmodi pro illarum subsistentiā firmiori robur Apostolica firmitatis adjicere, aliaque in præmissis opportuna providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulorum, ac præfertim Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum Domesticorum Urbis, prout possumus, libenter annuimus, veriores dictæ concordiae, & conventionis, nec non Statutorum, Ordinationum, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis, & confirmationis prædictarum, tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, conventionem, & concordiam præfatas, etiam in scriptis non extant, sed verbis dumtaxat initæ sint, ac sine earum præjudicio, & laesione, statuta, ordinationes, exemptionem, segregationem, liberationem, concessionem, & confirmationem, nec non literas Iulii Prædecessoris hujusmodi, & prout illas concernunt, omnia, & singula in eisdem concordia, & literis Iulii Prædecessoris contenta, ac exinde lecta quæcumque Apostolica autoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, nec non eis plenum robur firmitatis adjicimus omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan inter venerint, in eisdem supplemus, nec non illa valida, & efficacia fore, & esse, ac per eosdem præmissos, & alios, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari debere, nec ab illis ullo quantum tempore resilire posse, sed modernum Archiepiscopum, & Successores suos, ac Collegium præfatos ad illorum totalem observationem teneri, & obligatos fore, nec non quibusvis juris, & facti opportunis remedias ad id cogi, & constrixi posse. Et ita per quo scimus Judices, & Commisarios quavis autoritate fungentes, sublatâ eis, & eorum cuiilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiti debere; nec non ex nunc, si fecus super iis à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoreranter attentari contigerit, irritum, & inane discernimus, & declaramus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesia Urbinat. Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia reboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apostolicis eisdem Archiepiscopo, & Collegio, ac quibusvis aliis quomodolibet, etiam motu simili concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de il-

lis, eorumque totis tenoribus, & formis specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent præsentibus pro sufficienti expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ex parte contraire quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectioonis, supplicationis, decreti, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attente præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incusum. Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, tertiodécimo Kal. Martii Pontificatus Nostrri Anno Quinto.

**J. 13.** Postmodum verò idem Pius Papa IV. antedictum Collegium Doctorum amplioribus privilegiis, & gratis ornare voens, duos singulis annis in Fœsi doctos poetica laurea decandi: nec non eos, quos prævio diligenti examine idoneos, ac sufficietes compenisset, ad Doctoratus in Jure tam Canonico, quam Civili, & Bachalaureatus, Licentiaturæ, ac Magisterii in Medicinâ, vel alia licet facultate gradus promovendi; Notarios itidem publicos, seu Tabelliones, & Judices Ordinarios, prævio simili examine idoneos repertos creandi: Nostros etiam spurious, incestuosos, manferes, & ex quocumque illico coitu pro creatos legitimandi, & ad primavera naturæ jura, perinde ac si de legitimo matrimonio nati essent, restituendi: Nobiles insuper, seu etiam Milites, & Equites deauratos faciendo, & constituendo, amplam præfato Collegio licentiam, facultatem, & authoritatem concederit, ac indulserit suis anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, nono Kal. Martii in simili forma expeditis literis, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet,

**J. 14.** Pius Episcopus Servus Scrutorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sedes Apostolica gratiarum abundantissima mater, ac illarum solerissima dispensatrix, Doctorum hominum Collegiis amplias facultates interdum tribuere confuit, ad hoc, ut ejus munera per multorum peritorum matram deliberationem, & prudens judicium, nonnisi Personis benemeritis conferantur, ac distribuantur. Hinc est, quod Nos, qui accepimus olim cl. mem. Guidobaldum Urbini Dicem communitatibus, & indemnitatibus universorum Subditorum suorum providere cupientes, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum forsan nuncupatum, cotam quibus omnes, & singulæ totius Ducatus, ac Domini pro tempore existentis Urbinaten, Ducas, & Subditorum præfatorum Causæ Ecclesiasticae, & prophanæ, nec non etiam mixta tractarentur, & definitur, instituisse, illudque per fel. rec. Julium PP. II. Prædecessorem nostrum, ac etiam per Nos, & forsan alios Romanos Pontifices etiam prædecessores Nostros approbatum, & confirmatum extisse, ac illi nonnulla privilegia, concessiones, & indulta, quibus ipsi Doctores circa decisiones, & expeditiones Caularum uti deberent, autoritate Apostolica concessa fuisse, idem Collegium, ejusque Doctores amplioribus favoribus, & gratis prosequi, ac decorare volentes, mota proprio, non ad alicuius Nobis pro cœs desuper oblata petitionis instantiam, sed de nostrâ morâ liberalitate Collegio, & Doctoribus hujusmodi nunc, & pro tempore existentibus ad instar nonullo-

ANNO  
1721.

Idem Pius  
IV. eidem  
Collegio fa-  
cilitatem lau-  
ranti Poe-  
tas, & Docto-  
res Magistros,  
ac Notarios  
creandi, &  
Spurios legi-  
timandi &c.  
concessit.

Tenor secun-  
dae Bullæ Pii  
IV.

Referat ere-  
ctionem Col-  
legij à Gui-  
dobaldo Du-  
ce factam, &  
Apostolica  
authoritate  
probatam.

Quam idem  
Pontifex ap-  
probat &  
confirmat.

Cum clausu-  
la sublata, &  
derogationi-  
bus opportu-  
nit.

Eidem Col-  
legio fa-  
cilitatem  
tribuit duos  
quotannis  
poetica lau-  
rea decoran-  
di.

Nec non pro-  
movendi pra-  
vio examine  
viros idoneos  
ad gradus Do-  
ctorum Ma-  
gisterii Bac-  
calareatus -  
& licentiatu-  
x.

Creandi insu-  
per Notarios  
publicos.

Spurios legi-  
timandi.

Nobiler, Mi-  
lites & Equi-  
tes deaurato.  
constituendi.

rum aliorum Italiæ Collegiorum, in perpetuum duos singulis annis in poesi doctos poetica laurea decorandi & insigniendi, nec non eos, quos in jure Canonico, & Civili, seu altero eorum studuisse, in eisque, seu eorum altero per diligentem examinationem scientia, & moribus idoneos, ac sufficiens esse invenerint, in utroque, seu altero iurium hujusmodi, aut medicinâ, vel alia lictâ facultate studuisse, & similiter per diligentem examinationem duorum, vel trium per eos eligendorum, Doctorum, seu Magistrorum, vel Licentiarum facultatis, in quâ studerint, coram eis habendam, ac fidem Magistrorum, seu Doctorum eorumdem attestationem, medio juramento eis faciendum peritos, ac scientiâ, & moribus ad hoc idoneos sufficientes esse reperirent, de eorumdem Doctorum, seu Magistrorum, vel Licentiarum consilio, & assensu, ac eorum votis juratis in artibus, aut medicina, vel alia licta facultate hujusmodi ad Baccalaureatus, Licentiatura, Doctoratus, & Magisterii gradus promovendi, ac in eis legendi, disputandi, & interpretandi, nec non alias actus ad personas in hujusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi autoritatem concedendi, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi, nec non eos quos ad hoc idoneos, & fideles, ac in literatura sufficiens esse reperirent, in Notariis publicis, seu Tabellionibus, & Judices Ordinarios, recepto prius ab eis, iuxta formam presentibus annotatam, solito juramento, creandi, ac de Notariatus, & Tabellionatus, ac Judicatus officiis hujusmodi per pennam, & calamare, ut moris est, investiendi; Nec non Notios, Bastardos, naturales, spurius, incestuosos, & manstres copulativè, vel disjunctivè ex quocumque illico coitu procreat, tam præsentes, quam absentes, viventibus, seu etiam mortuis eorum Parentibus; ita ut ad paternam, & alias successiones bonorum quorūcumque suorum Agnatorum, Cognitorum, & Attinentium, sine præjudicio tamen venientium ab intestato admitti, & in illis succedere; Neconon ad honores, dignitates, status, gradus, & officia secularia publica & privata quacumque recipi, & admitti, illaque gerere, & exercere liberè, & lícitè possint, & valeant, ac si de legitimo matrimonio procreati essent, servata tamen formâ literarum nostrarum desuper editarum legitimandi, ac ad primæva, ac legitima natura jura, & quolibet astus legitimos restituendi, & reducendi; Nec non Nobiles, seu etiam Milites, vel etiam Equites deauratos, ut pro fide, justitiâ & Religione pugnant, hortando, faciendi, creandi, & constitundi, eisque insignia, & arma in similibus dari solita, dandi, & concedendi, nec non ipsos nobilitatis equestribus insigniis decorandi, dictâ autoritate tenore præsentium licentiam, facultatem, & autoritatem concedimus, & indulgemus, non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Concilis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non legibus Imperialibus, ac statutis, & consuetudinibus, etiam municipalibus Civitatum, & locorum, in quibus ipsi legitimandi fuerint, juramento confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, illis præfertim, quibus caveri dicitur expressè, quod Naturales, & Bastardi legitimari non possint, nisi de consensu legitimotum, & naturalium, nec non quibusvis Cancellariae Apostolicæ regulis per Nos, & Sedem camdem in contrarium haecne editis, & in posterum edendis; ac privilegiis, indultis, & Litteris Apostolicis, etiam quibusvis Universitatibus, studiorum generalium Collegiis; & quibusvis aliis locis, etiam motu simili, & ex certâ scientiâ, ac

de Apostolica potestatis plenitudine, etiam de consilio ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium concessis, & confirmatis, ac in posterum concedendis, & confirmandis; Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Forma autem juramenti, quod Notarii, Tabelliones, & Judices per ipsos Collegium, & Doctores, ut prefertur, creandi hujusmodi praestabunt, talis est. Ego N. de N. Clericus N. ab hac horâ in anteas fidelis ero Beato Petro, & S. R. E. ac Domino meo Pio Papa IV. & Successoribus suis canonice intrantibus, non ero in consilio, auxilio, consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Confluum, quod mihi per se, vel literas, aut Nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam, si vero ad meam noritiam aliquid deve nir contingat, quod in periculum Romani Pontificis, aut Ecclesiæ Romane vergeret, seu grave damnum, illud posse impediā, & si hoc impedire non possem, procurabo bona fide id ad notitiam Domini Papæ perferri, Papatum, Romanum, & Regalia S. Petri, ac iura ipsius Ecclesiæ specialiter, si qua eadem Ecclesiæ in Civitate, vel terra, de qua sum oriundus, habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & detinendum, seu recuperandum contra omnes homines: Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigitur consensus Partium, fideliter faciam nil addendo, vel minuendo sine voluntate Partium, quod substantiam contractus immutet, si vero in consiendo aliquod Instrumentum unius solius Partis sit requrend, voluntas, hoc ipsum faciam, ut scilicet nil addam, vel minuam, quod immutet facti substantiam contra voluntatem ipsius; Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam intervenire, seu intercedere vim, vel fraudem; contractus in Protocollo redigam, & postquam in Protocollo redegero malitiosè non differam contra voluntatem illorum, vel illius, quorum, seu cuius est contractus, super eo publicum conficerem Instrumentum, salvo meo debito, & consueto salario. Sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis, Indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quartto, nono Kal. Martii Pontificatus nostri anno V.

§. 15. Deinde memoratus Urbanus VIII. Prædecessor noster, ne dubitari contigeret, an ejusmodi Privilegia à Julio II. & Pio IV. concessa præfato Collegio per obitum q. Francisci Mariae ultimi Ducis Urbini, & devolutionem illius Ducatus ad Sedem Apostolicam adhuc durarent, vel expirarent, ipsi Collegio facultatem, ac authoritatem cognoscendi, & judicandi causas appellacionum tam Ecclesiasticas, quam Laicales omnium, & quorūcumque Judicum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen Bene-

fa-

Urbanus  
VIII. privil-  
gia à Præ-  
decessoribus ei-  
dem Colle-  
gio concessa  
confirmavit.

ANNO  
1721.  
Deregat am-  
plissimè qui-  
buscumque  
contrariis.

Formula ju-  
ramenti No-  
taris pre-  
standi.

Dispositus in-  
super, ut in  
causis ad Col-  
legium spe-  
ciantibus ap-  
pellari non  
possit omisso  
medio.

Eidem Colle-  
gio facul-  
tatem in-  
dulit con-  
dendi statu-  
ta, approba-  
da tamen à  
Legato, seu  
Vice-Legato.

Tenor Brevis  
Urbani VIII.

ficialibus, ac iis, quæ juxta dispositionem Concilii Tridentini, vel alias de jure essent inappellabiles) in secundis seu tertius instantiis, ac in omnibus illis, in quibus daretur appellatio, postquam judicata fuissent à Judicibus ordinariis appellationum, ubi existenter, & nonnullis adjec- tis declarationibus, & dispositionibus tam circa electonem, & numerum Doctorum votantium, & supranumerariorum ejusdem Collegii, quām circa modum ab ipsis in ejusmodi Cauis appellationum tam Ecclesiasticis, quām laicalibus ad Collegium spectantibus appellari non posset omisso medio, & si appellari contingeret, nullus Jūdex se ingerere deberet, nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentes manu signatae; alias licet esse eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obstante quācumque inhibitione, & absque alicuius pœna incurso, ipsumque Collegium reassumere, inhibere, & exequi posset, prout de jure, ac ubi Collegium judicasit in causa, quo dari deberet appellatio, tunc ejus cognitio, seu commissio ad existentes pro tempore in eisdem partibus Apostolicae Sedis Legatum, pertineret; ac insuper eidem Collegio statuta super modo cognoscendi causas, & pro felici ipsius gubernio necessaria, & opportuna condendi, & quoties sibi videretur, immutandi, ac innovandi, salvā tamen semper approbatione d. Legati, sive ejus V. Legati facultatem pariter concesserit, ac indulserit; nec non doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo essent in usu, & non essent revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, & sacris Canonibus, Concilii Tridentini decretis, Constitutionibusque Apostolicis non adverterunt, approbaverit, & confirmaverit per suas in formâ Brevis die octava Julii anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto expeditas literas tenoris sequentis, videlicet:

J. 16. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut pro parte electorum Filiorum Communitatis, & hominum Civitatis nostrae Urbinate, nec non Collegialium Collegii Doctorum ejusdem Civitatis Nobis nuper expositum fuit, Collegium prefatum, in quo admittuntur omnes ii, qui ex Patre Cive natii ad Doctoratus gradum Urbini promoventur pretextu literarum fel. rec. Julii II. super erectione dicti Collegii, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædececellorum nostrorum super confirmatione certæ concordiae inter eosdem Doctores, & tunc existentes Archiepiscopum Urbinate, super causam cognitione in primâ, secundâ, & tertîa instantiis inita emanata facultatem judicandi in causis appellationum tam in foro saeculari, quām Ecclesiastico Status, ac Ducatus Urbini, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum per obitum q. Francisci Mariae ultimi Duci Urbini ad Sedem Apostolicam devolutorum, & nostro incorporationis Decreto comprehenorum sibi competere prætendant. Nos ejusdem Civitatis Communitem, & homines, nec non Doctores præfatos ob præcipuum, quo illos complectimur, paterna charitatis affectum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares perlonas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si que quomodolibet innodat existant, ad effectum præsentium dumtaxat confequentur, harum serie ab solventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis in-

clinati, ne dubitari contingat, an dicta privilegia Julii II. & Pii IV. adhuc durent, vel expiraverint per mortem dicti ultimi Duci, tresdecim ejusdem Collegii Doctoribus, ut infra, eligendis, & pro tempore existentibus facultatem de cetero judicandi in causis appellationum status præfati, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum supranarratorum tam in foro Saeculari, quām Ecclesiastico auctoritate Apostolicā tenore præsentium concedimus, & impertimur; ita tamen, quod ex dicto Collegio DD. tresdecim Votantes, & quatuor, vel quinque Supranumerarii, si opus fuerit, elegantur, qui eorumdem Votantum, si abfuerint, vel si suspecti allegati fuerint, vices in judicando supplere valeant, sed existente necessario Votantium numero, ut infra dicetur, a dando, vel ferendo voto se abstinerem debent, nec judicare possint. Porro tam Votantium, quām Supranumerariorum electio pro prima vice dilecta Filio nostro Francisco S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino nuncupato S.R.E. Viccancellario, nostro secundum carnem ex Fratre germano nepoti, & in Statu, ac Ducatu Urbini, & præfatis aliis Terris, & Locis hujusmodi nostro, & Apostolicā Sedis de Latero Legato reservata fit, & censeatur; de cetero autem deficiente aliquo ex supradictis, tres à præfato Collegio Doctores nominabuntur, quorum unus ab ipso Francisco Cardinali moderno, seu pro tempore existente Legato, vel ab hac Sede eligeretur. Inter hos tredecim Doctores Votantes, quinque ad minus erunt Ecclesiastici non uxorati, sed incidentes in habitu, & tonsura Clericalibus, ad quos solos dumtaxat causarum Ecclesiasticarum cognitio pertinet, in quibus Laici se alias ingerere non valeant, nec possint, quām in dando corum voto consultivo. In causis vero laicalibus ipsis votum dabunt, & ferent promissum cum Laicis, & eas, prout juris erit, terminabunt, non tamen votis secretis, sicut in praefatis Julii II. Prædecessori nostri literis concessum fuit, sed votis apertis, & in jure fundatis, & sententiæ ad minus in causis Ecclesiasticis à Jūdice, seu Ponente subscribentur, non obstante stylo in contrarium faciente. Habebit Collegium mediante distinctione præfata, auctoritatem cognoscendi causas appellationum tam Ecclesiasticas, quām Laicales omnium, & quorumcumque Judicium Legationis supradicta, exceptis tamen beneficialibus, & iis, quæ juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, vel alias de jure sunt inappellabiles, in secundis, seu tertius instantiis, & in omnibus illis, in quibus dabit appellatio, postquam judicata fuerint à Judicibus ordinariis appellationum, ubi dicti Judices appellationum existunt, quibus nullum censetur illarum præjudicium; Verum in causis Ecclesiasticis pro earum definitione ad minus tres Judices, & in Laicis ad minus quinque interveniant, & in illorum defectu, ut præfertur, supplebunt Supranumerarii, & etiam in eorum defectu poterunt subrogari alii Judices ad electionem, & de consensu Partium, dummodo in causis Ecclesiasticis pro earum definitione semper sint Judices Ecclesiasticci. In causis appellationum spectantibus, ut supra dictum est, ad Collegium, tam Ecclesiasticis, quām Laicalibus appellari non possit, omisso medio, & si appellari contigerit, in iis nullus Jūdex se ingerere debeat, nisi in vim commissio expressa, manu nostra signatae; alias licet sit eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obstante quācumque inhibitione, & absque alicuius pœna incurso, ipsumque Collegium reassumere, inhibere, & exequi possit, prout juris erit. Ubi vero Collegium judicaverit, in casu quo dari debeat appellatio, ejus cognitio, seu commissio ad dictum Legatum spectabit. Præterea eidem Collegio statuta

Facultatem  
Collegio tri-  
but judican-  
di in causis  
appellatio-  
num Status  
Urbini.

Novam praesi-  
scribit regu-  
lam quoad  
numerum  
Doctorum  
Collegii.

Et eorum  
qualitatem  
ac votum in  
causarum de-  
cisione feren-  
dum.

Collegium  
judicare de-  
bet omnes  
causas excep-  
tis beneficia-  
libus.

In causis Ec-  
clesiasticis  
tres ad minus  
sunt Jūdices  
Clerici non  
uxorati.

In Laicalibus  
sunt saltem  
quinque Laic-  
i, vel Clerici.

In causis ap-  
pellationum  
ad Collegium  
spectantium  
appellari non  
possit omisso  
medio.

ANNO  
1721.

Urbanus VIII. confrat  
mat præce  
denta Indul  
ta Collegio  
concessa con  
dendi statuta  
doctorandi >  
& alia omnia,  
dummodo  
sunt in ufo.

Cum decreto  
irritanti &  
aliis clausulis  
confuetis.

Clemens X.  
in studio pu  
blico, & col  
legio DD.in  
ter se Civium  
opera con  
junctis Uni  
versitatem  
Studi gene  
ralis instituit  
ac erexit.

Eidemque  
Universitati  
omnia concur  
lit privilegia  
qua Univers  
itati Ferrare  
nsi conce  
fa sunt.

super modo cognoscendi causas, & pro felici ip  
sius gubernio necessaria, & opportuna condeni  
di, illaque toties, & quoties sibi videbitur, &  
placerit, alterandi, immutandi, & innovandi,  
salvâ tamen semper approbatione dicti Legati,  
sive ejus Vicelegati, facultatem concedimus, &  
impertimur; nec non doctorandi, & alia privi  
legia eidem Collegio competentia, dummodo sint  
in ufo, nec sint revocata, neque sub aliquibus re  
vocationibus comprehensa, sacrificisque Canonibus,  
& Concilii Tridentini decretis, constitutionibus  
que Apostolicis non adversentur, auctoritate, &  
tenore præsentium approbamus, & confirmamus,  
illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis ro  
bur adjicimus. Decernentes præsentes literas va  
liditas, firmas, & efficaces esse, & fore, suof  
que plenarios, & integros effectus sortiri, & ob  
tinere, dictoque Collegio in omnibus, & per  
omnia plenissimè suffragari, siveque per quoscumque  
Judices Ordinarios, & delegatos, etiam  
cauſarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &  
definiri debere, & irritum, & inane, si secus  
super iis à quoquam quavis auctoritate scienter,  
vel ignoranter contigerit attentari, non obstant  
tibus quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus  
Apostolicis, privilegiis quoque, indultis,  
& literis Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, & innova  
tis. Quibus, omnibus, & singulis, illorum te  
nores præsentibus pro sufficienter expressis haben  
tes, illis alias in suo labore permanens, ha  
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,  
ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Ro  
mæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo  
Piscatoris die octavæ Julii 1636. Pontificatus no  
stræ Anno XIII.

§. 17. Postrem filius memorie Clemens X.  
etiam Prædecessor noster ex publico Studio pro  
lectionibus Sacrorum Canonum, & Legum Civilium,  
ac aliarum scientiarum, seu facultatum, &  
præsertim mathematicarum disciplinarum in præ  
dictâ Urbinate Civitate olim instituto, nec non  
ex præfato Doctorum Collegio, recenter Civium  
opera inter se unitis, & conjunctis, unam Uni  
versitatem Studii generalis, in qua Sacra Theolo  
gia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philoso  
phia, Mathematica, aliaque ingenuæ disciplinae,  
scientiae, & artes publicè docerentur, ac perlege  
rentur, & qui peracto studiorum curriculo idonei  
reperti fuissent, ad Baccalaureatus, Magisterii,  
Doctoratus, aliosque gradus scholasticos, servata  
in omnibus Viennæ, & Tridentini Concilio  
dispositione, promoveri liberè, & licite posse  
nt, in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studi  
orum generalium Universitatibus per Sedem A  
postolicam eretis fieri solet, Apostolica auctorita  
te perpetuò exerxit, & instituerit, ac ipsi Univer  
sitati Studii generalis sic eretæ, & instituta, ejus  
que Rectoribus, Magistris Doctoribus, Lectoribus,  
Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliosque  
personis quibuscumque pro tempore existentes, ut  
omnibus, & singulis privilegiis, indultis, li  
bertatibus, immunitatibus, exemptionibus, fa  
cilitatibus, prærogativis, honoribus, præminen  
tiis, & gratiis, quæ tam per sa. me. Clementem VIII.  
quam alios quoscumque Romanos Pontifices  
Prædecessores nostros, tunc suos, Universitati  
Studii generalis Civitatis nostræ, tunc pariter  
sue, Ferrarien. ejusque Rectori, Magistris, Do  
ctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus,  
& Ministris, aliosque personis respectivè, etiam  
per viam communicationis, & aliæ quomodolibet,  
& qualitercumque concessa, & attributa fue  
runt, pari modo, absqueulla prorsus differen  
tiâ utri, frui, & gaudere liberè pariter, & licite  
valerent, simili auctoritate perpetuò concesserit,

ac indulerit, per suas in simili forma Brevis die  
vi, Aprilis anno 1671, datas literas tenoris sequen  
tis, videlicet :

§. 18. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei  
memoriam. Æternæ sapientiae consilio Specula  
tores domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia,  
nullo licei meritorum nostrorum suffragio, con  
stituti excitandis, promovendisque bonarum liter  
arum, & laudabilium disciplinarum studiis, qua  
Catholicæ Fidei, divinique cultus propagationi,  
& incremento, ac iustitia administrationi, aliis  
que in publicum commodis, magnopere condu  
cibilia sunt, & depulsâ ignorantiae caligine men  
tes luce veritatis illustrant, peculiarem Pastoralis  
muneris nostri solitudinem propensâ charitate  
adhibemus, sicut omnibus maturæ consideratio  
nis trutinâ persensis ad Omnipotentis Dei glo  
riam, ac ad hujus Sanctæ Sedis Dignitatem, no  
strorumque, & ejusdem Sedis etiam in temporali  
bus Subditorum decorum, commodum, & utili  
tatem salubriter expedire in Domino arbitramur.  
Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Fi  
lii Communitas, & homines Civitatis nostra Ur  
binaten, quod cum Collegium Doctorum ejus  
dem Civitatis ex antiquâ consuetudine publicam  
in ea Institutionum Juris civilis lectionem haberet,  
ibique Philosophia, & Sacra Theologia à Frat  
ribus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium  
nuncupatorum publicè quoque pergerentur in  
utilitatem Studiosorum, ut peractis Studiorum cur  
riculis ad Doctoratus lauream provehi valerent:  
Dilectus Filius noster Alderanus S.R.E. Presby  
ter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in  
illis partibus Sedis Apostolicae Legatus probè co  
gnitum, perspectumque habens, quantum eidem  
Civitatis decoris, atque utilitatis accedere pote  
rat, si instituto ibidem Studio hujusmodi, quo  
Parentes eorum liberos Studiorum causa alibi  
substantandi onere, atque impensâ liberabantur,  
incrementum, atque norma tradicerentur, lectu  
ras prefatas in aliquot mansiones remotas, nec  
ulli alii usui applicatas Palatii Pontifici diœc  
Civitatis insimul redegit, aliasque ordinarias Sa  
corum Canonum, & Legum Civilium, ac alia  
rum scientiarum, seu facultatum, & præsertim  
mathematicarum disciplinarum, quæ in eadem  
Civitate ante hac eximie floruerunt, lectiones,  
seu Cathedras instituit, ut ibidem tam indigenæ,  
quam Exteri, tradita sibi à Domino talenta do  
cendo exercere valerent, & Juventus ad ingenuas  
artes, atque scientias addiscendas, atque exc  
celendas ardentiō stimulo incitaretur, huicque Studio  
nonnullos paucos redditus sub Vexilliferi pro  
tempore existentis, & sex Nobilium præfata Ci  
vitatis superintendencia assignavit, ac fel. rec. Inno  
centius Papa Decimus Prædecessor noster, cogniti  
grandi utilitate, quæ inde resultabat in favo  
rem ejusdem Studii, quædam bona stabilia du  
orum Conventuum suppressorum Congregationis  
Monacorum Coelestinorum, & Ordinis Fratrum  
Servatæ Beatae Mariae Virginis respectivè conce  
pit; Et subinde recol. me. Alexander Papa Septi  
mus etiam Prædecessor noster publici pariter com  
modi consideratione adduētus, provenientia an  
num Spheristérii, qui prius ad existentem pro  
tempore in eisdem partibus Sedis præfata Lega  
tum spectabat, eidem Studia applicavit. Cùm aut  
em, sicut eadem expositio subjungebat, emolu  
menta quidem ex præmissis provenientia stipendi  
is, quæ Lectoribus dicti Studii annuatim præ  
stantur, sufficiant; si vero Studium hujusmodi in  
Universitatem Studii generalis cum privilegiis, &  
indultis ad instar illorum, quæ à pia mem: Cle  
mente Papa Octavo Prædecessore pariter nostro U  
niversitati Studii generalis Civitatis nostræ, tunc  
sue, Ferrarensi concessa fuerunt, erigeretur, &

ANNO  
1721.Tenor Brevi  
Clementis X.

Card. Cybo  
Legatus Le  
toribus Uni  
versitatis  
mansiones  
in Palatio  
Pontificio Ur  
bini confi  
uit.

Illi insuper  
nonnullos  
provenientia  
signavit.

Quos Inno  
centius X.  
xit ex redi  
tibus duo  
rum Conven  
tuum sup  
pressorum.

Et Alexander  
VII. similiter  
amplificavit  
allegationes  
provenientia  
Spheristérii.

ANNO  
1721.

institueretur, inde numerus Studiosorum tam Provincialium, quam Exterorum ibidem excreceret, & non solum dictæ Civitatis Urbinatensis, quæ à mari remota commercio non admodum floret, sed viualibus abundat, & quieti, quam literarum studia desiderant, colenda peropportuna existit decori, & ornamento, sed etiam illius civium & incolarum compendio utilitati & levamento magnoperè consuleretur. Cumque dicti Exponentes hujusmodi erectionis, & institutionis gratia procuraverint, ut idem Studium, ac memoratum Doctorum Collegium, quod ante hac à dicto Studio divitum fuit, &, (ut asseritur) vigore quadruplicem simili rec. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri literarum per similis memoriae Urbanum Papam Octavum Prædecessorem pariter nostrum confirmatarum facultate conferendi lauream doctoralem in quibuscumque facultatibus, ac creandi Equites, & legitimandi Spurios fruitur; nec non ex privilegio per pia pariter memoriae Julium Papam Secundum, & dictum Plini Prædecessores concessio de causa appellationum in secunda, & tertia instanti tam civilibus, quam criminalibus, Ecclesiasticis, & prophanis in illo Statu, & Provincia cognoscit, firmâ, stabilitate unione inter se conjungerentur; Nobis propterea ipsi Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ad constantis fidei, & sincerae devotionis affectum, quem dicti Exponentes erga Nos, & Sedem præfamat gerere comprobantur, paternæ dirigentes considerationis intuitum, eorumque votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulare personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequent, harum serie absolventes, & absolutas tunc sententes, hujusmodi supplicationibus inclinati de nonnullorum dilectorum Filiorum Romanae Curie Prælatorum super hoc negotio à simili rec. Clemente Papa IX. Prædecessore pariter nostro deputatorum consilio, in prætâ Civitate Urbinaten, ex Collegio Doctorum, & Studio hujusmodi, sicut præmititur, inter le unitis, & conjunctis, unam Universitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles philosophia, mathematica, aliaque ingenuæ disciplina, scientia, & artes publicè doceantur, & prælegantur, & qui peracto studiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint, ad Baccalaureatus etiam formati, ac Magisterii, & Doctoratus, aliisque gradus scholasticos, servata tamen in omnibus formâ, & dispositione Viennæ, & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promoveri liberè, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Universitatibus per Sedem Apostolicam præfamat erectis fieri solet, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium, sine alicuius præjudicio, perpetuò erigimus, & instituimus, ac ipsi Universitati Studii generalis sic erecta, & instituta, ejusque Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, & Scholaribus, Officialibus & Ministris, aliisque Personis quibuscumque pro tempore existent, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, libertatis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, & gratiis quibuscumque, quæ tam per præfatum Clementem VIII. quam alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros præfatae Universitati Studii generalis Ferrarien. ejusque

Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis respectivè etiam per viam communicanis, & alias quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt pari modo, & absque ulla prorsus differentiâ uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valeant, sine ullo tamen præjudicio exactiōn Cameralium, circa quas nihil innovatum sit, auctoritate, & tenore præfatis itidem perpetuò concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suolque plenarios, & integrus effectus fortiri, & obtinere, nec sub quibusvis simili, vel dissimiliū erectionum, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariais dispositionibus, etiam per Nos & Succesores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem præfamat quandocumque faciendis unquam comprehendendi, aut comprehensas conferi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenaria reintegrationis, ac etiam sub posteriore data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda de novo concessa intelligi, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, & illis respectu in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; siveque, & non alter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. præfatae Cardinales etiam de Latere Legatos, aliosque quolibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functionarios, sublatâ eis, & corum cuilibet quavis aliud judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super iis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentatio. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universilibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel scriptis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non, quatenus opus fit, dictæ Civitatis Urbinaten. aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque Personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & terminis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretris in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die sexta Aprilis 1671. Pontificatus nostri anno primo.

§. 19. Nos igitur attendentes firmiora esse ea, quibus Sedis prædictæ sibi intercedit auctoritas, ac Universitatem Studii generalis, & Collegium Doctorum præmemorata specialibus favoribus, & gratiis prosequi, ornare volentes, motu

ANNO  
1721.

Cum decreto  
irritanti, su-  
biliata, & alias  
amplissimis  
clausulis, &  
derogatio-  
nibus con-  
suetis.

Clemens XI.  
prædictæ  
Bullas, & Bre-  
via Julii II.  
Pii IV. Urbani  
VIII. &  
Clementis X.  
amplissimè  
confirmat.

pro-

ANNO  
1721.

proprio, non ad cuiusquam Nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mēta liberalitate, certā scientiā, ac maturā deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, praesertim Julii II., Pii IV. Urbani VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum literas, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolicā confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, ac irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & munimen adjicimus; quinimo mox, scientiā, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, & singula in eisdem literis contenta de novo statuimus, sancimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque etiam speciali, ac individuali notā dignis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, exactè, inconcussè, ac inviolabiliter perpetuō observari volumus, decernimus, & mandamus.

**S. 20.** Præterea ad tollendas controversias plures oportas, & in Romanā Curiā agitas circa interpretationem prædictarum literarum Urbini VIII. Prædecessoris, in quibus decernitur, quod in causis appellationum tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus, ad memoratum Collegium spectantibus appellari non posse omisso medio, & si appellari contigerit, nullus Judge se ingerere debeat, nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentes manu signatae decernamus, & Apostolicā auctoritate, quatenus opus sit, denū sancimus, decernimus ac ordinamus, omnes, & quascumque causas appellationum interpositarum à sententiis, seu decretis latris à quibuscumque Judicibus tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus omnium, & quacumque Civitatum, Terrarum, & locorum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen beneficiis, ac iis, quæ juxta Tridentini Concilii dispositionem, vel alias de jure sunt inappellabiles, ac iis insuper exceptis, quæ prius in Curiā Archiepiscopali Urbinaten, vel ab aliis Judicibus ordinariis appellationum in locis, ubi existunt, ut præfertur, judicandæ erunt) in secundis, seu tertius instantiis omnino devolvit debere ad predictum Collegium Doctorum; inhibentes, ac strictè interdicentes, ne hoc missō medio appellari possit ad pro tempore existentem Urbini Legatum, seu Vicelegatum, nec etiam ad Auditoris Camerae nostra Apostolicae, vel quocumque aliud quantumlibet privilegiatum, ac speciali mentione dignum Romanæ Curiæ Tribunal, aut Judicem, & si appellari contigerit, nullus Judge in ejusmodi causis se ingerere possit, nisi vigore specialis commissionis, quæ nostrā, vel Romani Pontificis pro tempore existentes manu signata fuerit: Quid si absque hujusmodi commissione se ingerere præsumperit, omnia ab eo gesta, & decreta, attentata, nulla, ac irrita sint eo ipso; quia etiam eidem Collegio, ut quacumque inhibitione non obstante, & absque aliquius pœna incursu, ad ultraiora in similibus causis procedere, ac ubi opus fuerit, inhibere, easque, a quo cumque Judge, & Tribunal reassecumere, cognoscere & prout juris esse censuerit, fine debito terminare liberè, ac licet possit, & valeat, simili auctoritate tenore præsentium perpetuō concedimus, ac indulgemus.

**S. 21.** Ad hæc aliam similiter controversiam non semel excitatam, an oppida, & loca, quæ dum fel. pariter rec. Sixtus V. Prædecessor noster Tribunal Audientia Causarum Provinciæ Marchiæ, Rotam nuncupatam, in Civitate nostrâ, tunc suâ, Maceratenſi per literas anno millesimo quingentesimo octogesimo octavo, Idibus Martii sub plumbo expeditas, instituit, ac erexit, Ducatu Urbini subjecta erant, sub earumdem literarum

dispositione comprehendenderunt, è medio tolle-re, ac penitus dirimere cupientes, & declarationibus alias, nuper, nempe diebus 23. Septembris, & 7. Octobris anno millesimo septingentesimo duodecimo per Dilectum Filium nostrum Petrum Marcellinum Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyterum S. R. E. Cardinalem Corradinum nuncupatum, tunc Pro-Auditorem nostrum, fac-tis inhærentes, Civitates, Oppida, & Loca omnia, quæ Ducatu Urbini tempore, quo praefata Sixti Prædecessoris literæ emanarunt, subjecta erant, sub earumdem literarum dispositio-ne non comprehendendi, nec ullo modo comprehensa censerit; ac ita à quibuscumque Judicibus perpetuō judicari, ac definiti debere, statuimus, decernimus, & declaramus.

**S. 22.** Denum, cum sicut accepimus, tametsi pluribus Edictis, quorum primum à praefato Guidobaldo secundo Urbini Duce die 17. mensis Augusti anno 1565, alia verò recentiora à diversis ejusdem Civitatibus pro tempore Legaris, & V. Legatis promulgatae fuerint, ne Subditi ejusdem Ducatus & Legationis alibi, quam in memorato Urbinaten Doctorum Collegio Lauream, & Gradum Doctoratus accipiant, & qui secus fecerint, ab omnibus, & quibuscumque publicis in ea Provinciâ muneribus, ac officiis exclaudantur, nec ibidem Doctoris professionem exercere unquam pos-sint; Nihilominus ejusmodi Edictorum dispositio-ne posthabita, quamplures Subditi ad publica munera, & Doctoratus exercitium ibidem passim admittantur, licet Doctoratus insignia in prædicto Collegio minimè suscepserint; Nos proinde eorumdem Edictorum executioni, ac ipsius Collegii decori, utilitati, & incremento, quantum cum Domino possumus, opportunè confulere cupientes, quemadmodum illustre ceteris omnibus exemplum præbere curavimus, dum anteactis annis duos ex germano Fratre secundum carnem Nepotes nostros nimurum Dilectum Filium nostrum Annibalem, modò S. Maria in Cosmedin Diaconum S. R. E. Cardinalem, & Camerarium Albanum nuncupatum, & Dilectum pariter Filium Magistrum Alexandrum Albanum in utrâque Signatura nostra nunc Referendarium, & Camera nostra Apostolice Clericum, quavis literarum studiis in hac Almâ Urbe nostra operam navalserit, non alibi tamen quam Urbini in prefato Collegio eos Doctoratus laeva insigñari voluimus; ita nunc te-nore præsentium Apostolicâ auctoritate decernimus, præcipimus, & mandamus, ut in posterum, atque perpetuō futuris temporibus Subditi prædictæ Legationis, qui peracto studiorum curriculo, Doctorati Laurea ornari voluerint, eam in memorato Collegio omnino recipere teneantur, & qui alibi ipsam receperint, ad exercenda publica munera, & Officia, atque etiam ad gerendum quarumvis causarum in quocumque foro patrocinium in omnibus ejusdem Legationis locis priors inhabiles, & incapaces sint, ac esse intelligentur, nec illos à quoquā ad id, præterquam à Nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente habilitari, neque cum ipsis super hujusmodi defectu dispensari unquam posse motu, scientiā, deliberatione, ac potestatis plenitudi-ne similibus statuimus, decernimus, & decla-ramus.

**S. 23.** Decernentes pariter easdem præsen-tes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quid interesse in præmissis habentes, seu habe-re quomodolibet prætententes, cuiusvis status, gra-dus, ordinis, & dignitatis existant, illis non con-fenserint, nec ad ea vocati, citati, & audit, causæque, propter quas præsentes emanarint, suf-ficienter adductæ, verificate, & justificatae no-

Statuit insu-per loca quæ Ducatu Urbini subjecta erant, dum Sixtus V. Rotam Ma-createn. ere-xit, sub ejus-dem Pontificis dispositio-ne nou com-prehendi.

ANNO.  
1721.

Memorat E-dicta Ducum, & Legato-rum quibus cau-tor, ut omnes Sub-di-cti Ducatus Urbini non alibi, quam in Urbinaten, Universitate Doctoralen Lauream ac-cipient.

Et qui secus fecerint, in-habiles ad quævis offi-cia in eodem Ducatu ha-beantur.

Card. Annibal Albanus, & R. P. D. Alexander Albanus, Cle-mens XI. Nepotes, ad exemplum ceterorum in d. Univer-sitate Docto-ralen gra-dum suscep-tunt.

Confirmat præfata Edi-cta, & ab omnibus obser-vari disti-c-ta mandat, re-servata Summa Pontifici-tantum dis-pen-sandi fa-cultate.

Decretum irritans cum sublata, & alii præ-gnacissimis clausulis,

fue-

ANNO  
1721.

fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridicā, privilegiā causā, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormous, & totalis lestonis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obrepotionis, aut nullitatis virtus, seu intentionis nostra, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substanciali, ac inexcoigitibili, individuali, quodcumque expressionem requirente defēctu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutions in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impletari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concevio vel emanato quempian in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab iis respective inviolabilitate observari; Sicque & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, aliosve quoslibet quacumque autoritate, præminentia, aut potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignorantie contingit attentari.

§. 24. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrā, & Cancellaria Apostolica regula de jure quæsito non tollendo, & quibuslibet Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Concilis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ præsentibus adveruntur, etiam si pro illorum sufficienti decoratione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresa, ac latissimè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Cæterum volumus, quod earumdem præsentium literarum transfusum, seu exemplis etiam impressis manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis eadem profus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibetur, que eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrarum Confirmationis, approbationis, declarationis, mandati, ordinationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei aufer temerario contraire; Si quis autem hoc attente presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo, 14 Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno 21.

Derogatio amplissima quibuscumque contrariis.

Fides habenda transsumptiva

Sanctio pontificis

§. 27. Nè autem de approbatione, confirmatione, innovatione, decretis, declarationibus, novis concessionibus, statutis, mandato, & voluntate Clementis Prædecessoris circa præmissa ex eo, quod ipsius Clementis Prædecessoris ob subsecutum ejus obitum, ut præfertur, literæ Apostolice præinsertæ ab ipso sublignata, ac in forma solita expedite non fuerint, valeat quomodolibet hæstari, & ii, quorum interest, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, illorum fructuentur effectu, volumus, & Apostolice authoritatē decernimus, præcipimus, & mandamus, quod approbatio, confirmatione, innovatione, decretis, declarationes, novas concessiones, statuta, mandatum, & voluntas ejusdem Clementis Prædecessoris, quoad omnia, & singula, quæ in præfatis literis continentur, integrum fortiantur effectum, perinde ac si super illis ipsius Prædecessoris literæ confectæ, & sub plumbo juxta consuetum Romanæ Curia morem expedite, fuissent, quodque præsentes literæ ad probandum, ac plenè justificandum approbationem, confirmationem, innovationem, Decreta, declarationes, novas concessiones, statuta, mandatum, & voluntatem Clementis Prædecessoris hujusmodi ubique sufficiant, nec ad id probatio nis alterius adminiculum requiratur.

§. 28. Prætereat ne præinsertæ Clementis Prædecessoris literæ ullo unquam tempore à quoquam ex quovis capite impugnari, invalidari, aut in controversiam adduci, & vocari possint, sed perpetuis futuris temporibus firma, valida, efficaces, ac illibate perservant, eas Nos tenore præsentium specialiter, & expresa approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis Apostolice firmitatis robur, & munimentum adjicimus, ac omnes, & singulos tam furiis, quam facti defectus, si qui forsitan defuper intervenerint, supplemus, ac illas perpetuo valere, & observari debere volumus, & ordinamus. Insuper ad majorem, & abundantiorum præmissorum cautelam, & executionem, ea omnia, & singula, quæ in antedictis præinsertis literis ab eodem Clemente Prædecessore in commodum, favorem, ac utilitatem Universitatis Studii generalis, & Collegii Doctorum prædictorum approbata, confirmata, concessa, disposita, ac statuta fuerunt, Nos similiter tenore præsentium amplissimè approbamus, confirmamus, concedimus, disponimus, atque statuimus, eaque omnia, & singula ab omnibus, ad quos spectat, vel spectabit in futurum, inconveniē, ac inviolabilitate perpetuè observari ex certa nostrâ scientia, & maturâ deliberatione, ac de Apostolice potestatis plenitudine volumus, decernimus, præcipimus, & mandamus.

§. 29. Quocirca universis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Canonicis, & aliis Personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis, non non modernis, & pro tempore existentibus Urbini Legato, & V. Legato, seu ejusdem Legionis Præsidi, & Camerae nostræ Apostolicae Auditori, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicariis seu Officialibus in spirituibus generalibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, ac pro parte illorum, aut aliquius eorum, quos ipsæ literæ concernunt, & concerent, fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque, & eorum cuiilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assidentes, faciant autoritate nostrâ omnes, & singulos, quos eadem literæ quomodolibet concerant, & concerneant, ut præfertur, illis, & in eis contentis quibuscumque

ANNO  
1721.

Sanctissimum  
D. N. Inno-  
centius XIII.  
decernit, &  
mandat præ-  
iusseras liter-  
ras Clem-  
entis XI. omni-  
nō observari  
suumque effec-  
tum sortiri,  
perinde ac si  
more Roma-  
ne Curie ex-  
pedite fu-  
sent.

Eisque spe-  
cialiter ap-  
probat, &  
confirmat, &  
ad majorem  
cautelam om-  
nia in ipsis  
contenta ap-  
probat, dispo-  
nit concedit,  
& statuit am-  
plissimè ver-  
bis.

Executoras  
deputat pre-  
sentis Bullæ  
cum amplis  
facultatibus.

ANNO  
1721.

pacificè frui, potiri, & gaudere: Non permitentes eorum aliquem defuper per locorum Ordinarios, seu alios quoscumque quomodolibet indebet molestari, perturbari, & inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, poenas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniaris illorum arbitrio imponendas, & applicandas poenas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & poenas praedictas, legitimis super his habendis servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando, & regravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogat qui-  
buscumque  
contraria.

§. 30. Non obstantibus omnibus, & singulis, qua prefatus Clemens Pradecessor in predictis suis literis decrevit non obstat, qua Nos pariter, ac iterum non obstat discernimus, & mandamus, quibus omnibus, quoad ea, quæ praesentibus aduersantur, illis alias in suo labore permanfuris, ad premisorum effectum harum serie specialiter, expresse, ac amplissimè, scientiâ, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus & derogatum esse volumus, ceterisque contraria quibuscumque.

Mandat fi-  
dem adhiberi  
transumptis.

§. 31. Volumus autem, ut ipsorum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & figille Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique ab omnibus habeatur, que eisdem praesentibus haberetur si forent, exhibite, vel offensa.

Sanctio por-  
nalis.

§. 32. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, statuti, Decretorum, Ordinationis, voluntatis, sanctionis, Decreti, Mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc tentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigefimo primo, vii. Idus Maii Pontificatus nostri Anno Primo.

P. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.

Vita de Curia I. C. Archiep. Amasenus.

L. Martinettus.

Quæ sequuntur, sex Brevia, & unica Bulla extra tempori ordinem posita sunt, quoniam ad Collectoris manus serò nimis pervenerunt, postquam scilicet nemus reliqua omnia Brevia, & Bullæ, verum etiam plura secunda Partis Operis folia typis impressa jam fuerant, adeoque congruus illis, justusque inter alia locus assignari non potuit. Satius porrò viuum est eadem septem Diplomata hic utcumque inferere, ut posteris nota fiant, quam eam cum Eruditorum querela à praesenti Collectione prorsus excludere, atque silentio preterire.

## INDULTUM

ANNO  
1704.  
CVI.

Fratribus Missionariis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum concessum, ut post servitum, seu ministerium in Missione Aethiopæ per duodecim annos Sacrae Congregationis Propagandæ Fidei laudabiliter praestitum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire velint, revisi omnibus privilegiis, & prerogativis, quibus Fratres ejusdem Ordinis, qui Ministri Provinciales fuerunt, fruuntur, & gaudent, frui, & gaudere possint, ita ut inter ipsos, & alios Exprovinciales servetur æqualitas, & quod præcedentiam sola Paternitatis prioritas, seu anterioritas attendatur.

## CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ustitia, & æquitas ratio postulat, ut Operarii in Vineâ Domini strenuè, utiliterque laborantes premiis, & honoribus decorentur, quibus, & ipsi ad constanter in suis laboribus perfundendum, & aliis ad ejusmodi labores alacriter subeundos stimulentur. Cum itaque ( sicut accepimus ) Fratres Missionarii Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum in Aethiopiam pro tempore deputati, sive illuc ex Europa se conferendo propter itinerum per aspera, & deserta loca, montesque agendorum difficultates, & pericula, sive ibi commorando, propter immodosum illatum Regionum calores, & diversi climatis, ciborumque insalubrium qualitates, eorum naturæ contrarias maximos labores sustineant: Quo vero eorum animi ponderi non succumbant, & in suscepis pro Catholicæ Fidei, Christianæque Religionis propagatione laboribus hujusmodi confirmarentur, & defessi, seu mercedem emerit novi semper, & alacres strenuerint succedant, spe alicuius honoris & præmii sublevandi, & excitandi sint. Hinc est quod Nos ex commissa Nobis celetius dispensationis munere illorum honorificentæ consulere volentes de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis negotiis Propagandæ Fidei præpositæ super rebus Aethiopæ specialiter deputatorum consilio, ac Motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dictis Fratribus Missionariis, ut post servitum, seu ministerium in Missione Aethiopæ per duodecim annos dictæ Congregationi Cardinalium perseveranter, & laudabiliter praestitum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire voluerint, reversi omnibus, & singulis privilegiis, prerogativis, præminentibus, & prædentiis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Ministri Provinciales fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, par modo, & absque ullâ prorsus differentiâ uti, frui, & gaudere liberè, & licetè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Provincia latus munere perfundi tuiscent, ita ut inter ipsos Fratres Missionarios, ac Exprovinciales servetur æqualitas, & quod ordinem præcedentiae sola prioritas, sive antiquitas Paternitatis attendatur, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit,

in-